

# first Vespers of Sunday

ACCORDING TO THE 12TH-C. BREVIARIUM FRANCONICUM

Per piam industriam Jens Schmidt-Clausen, P., exarata


## Sabbato ad Vesperas




V. Deus, in ad-iu-to-ri-um meum intende.



R. Do-mi-ne, ad ad-iu-van-dum me fe-sti-na.



Glo-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto:




Sic-ut e-rat in prin-ci-pi-o, et nunc et semper,



et in se-cu-la se-cu-lo-rum. Amen. Al-le-lu-ia.

*A Septuagesima usque ad Feriam V. in Cena Domini loco Alleluia canitur:*



Laus ti-bi Do-mi-ne, Rex e-ter-ne glo-ri-e.

Antiphona VI. modus



Be-ne-díctus.

*Psalmus 143*



I. Benedíctus Dóminus, Deus meus, / qui docet manus meas ad pré-li-um,\*



et dígitos meos ad bellum.

II. Misericórdia mea, et refúgium meum, \* suscéptor meus, et liberátor meus,

I. Protéctor meus, et in ipso sperávi, \* qui subdit pópulum meum sub me.

II. Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? \* aut fílius hóminis, quia réputas eum?

I. Homo vanitatí símilis factus est: \* dies eius sicut umbra pretéreunt.

II. Dómine, inclína celos tuos, et descénde: \* tange montes, et fumigábunt.

I. Fúlgura coruscationem, et dissipábis eos: \* emítte sagíttas tuas, et conturbábis eos.

II. Emítte manum tuam de alto, / éripe me, et líbera me de aquis multis, \* de manu filiórum alienórum.

I. Quorum os locútum est vanitátem, \* et déxtera eórum déxtera iniquitátis.

II. Deus cánticum novum cantábo tibi, \* in psaltério decachórdo psallam tibi.

I. Qui das salútem régibus, \* qui redemísti David servum tuum de gládio malígnio, éripe me.

II. Et érue me de manu filiórum alienórum, / quorum os locútum est vanitátem, \* et déxtera eórum déxtera iniquitátis.



pronuntiábunt.

I. Magnificéntiam glórie sanctitátis tue loquéntur, \* et mirabília tua narrábunt.

II. Et virtútem terribílium tuórum dicent, \* et magnitúdinem tuam narrábunt.

I. Memóriam habundántie suavitátis tue eructábunt, \* et iustítia tua exultábunt.

II. Miserátor et miséricors Dóminus, \* pátiens et multum miséricors.

I. Suávis Dóminus univérsis, \* et miseratiónes eius super ómnia ópera eius.

II. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, \* et sancti tui benedícant tibi.

I. Glóriam regni tui dicent, \* et poténtiam tuam loquéntur.

II. Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, \* et glóriam magnificéntie regni tui.

I. Regnum tuum regnum ómnium seculórum, \* et dominátio tua in omni generatióne et generatióne.

II. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, \* et sanctus in ómnibus opéribus suis.

I. Állevat Dóminus omnes, qui córruunt, \* et érigit omnes elísos.

II. Óculi ómnium in te sperant, Dómine, \* et tu das escam illórum in témpore opportúno.

I. Áperis tu manum tuam, \* et imples omne ánimam benedictióne.

II. Iustus Dóminus in ómnibus viis suis, \* et sanctus in ómnibus opéribus suis.

I. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum, \* ómnibus invocántibus eum in veritáte.

II. Voluntátem timéntium se fáciat, \* et deprecatióne eórum exáudiet, et salvos fáciat eos.

I. Custódit Dóminus omnes diligétes se, \* et omnes peccatóres dispédat.

II. Laudatióne Dómini loquétur os meum, \* et benedícat omnis caro nómini sancto eius in séculum, et in séculum séculi.

I. Glória Patri ... II. Sicut erat ...



In e- tér- num et in sé-cu-lum sé-cu-li.

Antiphona IV. modus



Lau-dá-bo.


*Psalmus 145*



I. Lauda, á-ni-ma me-a, Dóminum, /



lau-dá-bo Dóminum in vi-ta me-a: \*



psallam Deo meo, quám diu fú-e-ro.

II. Nolíte confídere in princípibus, \* in fíliis hóminum, in quibus non est salus.

I. Exíbit spíritus eius, et reverétur in terram suam: \* in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

II. Beátus, cuius Deus Jacob adiútor eius, / spes eius in Dómino Deo ipsíus, \* qui fecit celum et terram, mare et ómnia que in eis sunt:

I. Qui custódit veritátem in séculum, / facit iudícium iniúriam patiéntibus, \* dat escam esuriéntibus.

II. Dóminus solvit compedítos, \* Dóminus illúminat cecos.

I. Dóminus érigit elísos, \* Dóminus díligit iustos.

II. Dóminus custódit ádvenas, / pupíllum et víduam suscípíet, \* et vias peccatórum dispédet.

I. Regnábít Dóminus in sécula, Deus tuus Sion, \* in generatióem et generatióem.


II. Glória Patri ...

I. Sicut erat ...




Lau-dá-bo De-um me-um in vi-ta me-a.

Antiphona VIII. modus




De-o no-stro.

*Psalmus 146*



I. Lau-dá-te Dóminum, quóniam bonus est psalmus: \*



De-o nostro sit iucúnda decóra-que lau-dá-ti-o.

II. Edíficans Ierúsalem Dóminus \* dispersiões Israhel congregábit.

I. Qui sanat cintrítos corde, \* et álligat contritiões eórum.

II. Qui númerat multitudínem stellárum, \* et ómnibus eis nómina vocat.

I. Magnus Dóminus noster, et magna virtus eius, \* et sapiéntie eius non est númerus.

II. Suscípiens mansuétos Dóminus, \* humlíans autem peccatóres usque ad terram.

I. Precínite Dómino in confessiõe, \* psállite Deo nostro in cýthara.

II. Qui óperit celum núbibus, \* et parat terre plúviam.

I. Qui producít in móntibus fenum, \* et herbam servitúti hóminum.

II. Qui dat iuméntis escam ipsórum, \* et pullis corvórum invocántibus eum.

I. Non in fortitúdone equi voluntátem hebébit, \* nec in túbis viri beneplácitum erit ei.

II. Beneplácitum est Dómino super timéntes eum, \* et in eis, qui sperant super misericórdia eius.

I. Glória Patri ...

II. Sicut erat ...




De-o no-stro iu-cún-da sit lau-dá-ti-o.

Antiphona VI. modus



Be- ne- dí- xit.

*Psalmus 147*



- I. Lau-da, Ie-rú-sa-lem, Dóminum; \* lau-da De-um tu-um Si-on.  
II. Quóniam confortávit seras portárum tuárum, \* benedíxit filiis tuis in te.  
I. Qui pósuit fines tuos pacem, \* et ádipe fruménti sátiat te:  
II. Qui emíttit elóquium suum terre: \* velóciter currit sermo eius.  
I. Qui dat nivem sicut lanam: \* nébulam sicut cínerem spargit.  
II. Mittit cristállum suam sicut buccéllas: \* ante fáciem frígoris eius quis sustinébit.  
I. Emíttet verbum suum, et liquefáciat ea: \* flabit spíritus eius, et fluent aque.  
II. Qui annúnciat verbum suum Iacob: \* iustítias et iudícia sua Israhel.  
I. Non fecit táliter omni natióni: \* et iudícia sua non manifestávit eis.  
II. Glória Patri ... I. Sicut erat ...



Be- ne- dí- xit fí- li- is tu-is in te.

*Capitulum Eph 1, 3*

Benedíctus Dóminus et Pater Dómini nostri Ihesu Xpisti qui benedíxit nos in omni benedictióne spiritáli in celéstibus in Xpisto.



R. De-o grá-ti-as.


### Hymnus



1. O lux be-á-ta Trí-ni-tas,



Et prin-ci-pá-lis Ú-ni-tas,



Iam sol re-cé-dit í-gne-us,




In-fún-de lu-men cór-di-bus.

2. Te mane laudum cármine,  
Te deprecémur véspera:  
Te nostra supplex glória  
Per cuncta laudet sécula.


3. Deo Patri sit glória,  
Eiúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc, et in perpétuum.



A - - - men.



V. Vespertína o- rá- ti- o ascéndat ad te, Dómi - ne.



R. Et descéndat super nos mi-se-ri-cór-di-a tu - a.

*Antiphona ad Magnificat dicitur prout assignatur in Proprio de Tempore.*

*Canticum Beate Marie Virginis*

I. Magníficat, \* ánima mea, Dóminum.

II. Et exultávit spíritus meus: \* in Deo, salutári meo.

I. Quia respéxit humilitátem ancílle sue, \* ecce enim ex hoc bátam me dicent omnes generatiónes.

II. Quia fecit mihi magna qui potens est: \* et sanctum nomen eius.

I. Et misericórdia eius a progénie in progénies: \* tíméntibus eum.

II. Fecit poténtiam in bráchio suo: \* dispérsit supérbos mente cordis sui.

I. Depósuit poténtes de sede: \* et exaltávit húmiles.

II. Esuriéntes implévit bonis: \* et dívites dimísit inánes.

I. Suscépit Israhel púerum suum: \* recordátus misericórdie sue.

II. Sicut locútus est ad patres nostros: \* Ábraham et sémini eius in sécula.

I. Glória Patri ...

II. Sicut erat ...

*Post Antiphonam repetitam dicitur Oratio propria.*

*Deinde fiunt Commemorationes et Suffragia Sanctorum (De sancta Cruce, de sancta Maria, de Angelis, de sancto Iohanne baptista, de Apostolis, de sancto Iohanne evangelista, de uno martyre, de pluribus martyribus, de uno confessore, de confessoribus, de omnibus sanctis).*

*Post ultimam orationem dicitur:*

*In Dominicis per annum:*



V. Be-ne-di-cá-mus Dó - - mi-no.



R. De - o                   grá-ti-as.

---